

240 *Physice disput. XII. Art. I.*

vexa evadis longior, sicut concava brevior; aliunde autem non potest fieri ut aer illuc impleat vacuola omnia, que intra baculum inducuntur. Itaque sensus Authoris est nullam rem flexibilem posse incurvari, quin si in situ illius vacuola, pro quibus implendis aer gravitate sua incumbens moveret illam elasticę statimque defletatur. Hujus vero opinionis quanta ac quam multiplex sit absurditas non aperiem, nisi postularer aequitas ostendere quam parum idoneus fuerit *recensoribus*, ut vulgo dicitur, opinioribus arguendis, qui *recentissimam* ipse induxit tot fecerat feedamque absurdis fictiōibus.

XVI.

Falsum
est induci
vacuola
per incur-
vationem.

PROBATUR primò. Per incurvationem rerum flexibilium poriūs excluderentur vacuola, si quæ in illis essent, quam inducerentur: ergo &c. Probatur antecedens. Per incurvationem rerum flexibilium pori illarum sunt pacientiores; & hæc propositio est certa: quia si quis est hiatus inter partes, quæ incurvantur, quanto minuitur versus superficiem concavam, tanto dilatatur versus convexam, ut satis patet: ergo per incurvationem illarum poriūs excluderentur vacuola, si quæ in iis essent, quam inducerentur. Et hæc consequentia tam evidens est, quam facilius subbingredi aerem per foramen, quod est apertius, ad eum modum quo cuneus faciliter invadit lignum, cuius fissio est aprior. Deinde vero non aliunde inducit iste Author vacuola hujusmodi intra res flexibles incurvatas, nisi ex falso existimat ruptio, ob quam aliqua particula scindantur ab aliis; litter enim aliquantula ruptio forte fiat in tensionibus validis, at certe probabile est nullam fieri, quando tensio, seu incurvatio levis est: qualem cogita mollem cutis pressionem, quia nullus ea hac molli cutis pressione dolor percipitur, quod est signum evidens nullam contingere ruptiem; sed etio nullam rerum flexibilium incurvationem perfici sine aliqua ruptione, quid inde? Certè hæc ruptio, si quæ est, à superficie convexa incipit, nec ulla potest vi incurvationis fieri rima interior, qua non respondeat exteriori, per quam aditus paretur aeris; quomodo ergo inducerentur confusa illa vacuola? Ac tandem ipse aer patitur pressionem & habet motum elasticum; quis autem sanæ mentis Philosopher diceat per eam pressionem, quæ incurvatio quedam est, vacuola induci intra molem compressi aeris & non poriūs excludi, si quæ incrant? Quis sibi fingat aerem rumpi, dum premitur? Quis cogitat resilientiam aeris pressi oriri à gravitate aeris undequaque prementis, hujus enim pressio illius resilientiam poriūs impediret. Ergo &c.

XVII.
Item illa

PROBATUR secundo. Gravitas illa aeris, quam excoxitavit Gran-
geus